
GRATIARVM ACTIO

IN SALEMITANO AGVSTINENSI Capitulo.

HABITA

A F. IOA: CARRERA DREPANITA
Eiusdem Ordinis Professo.

AD FIDELES CAPITANEVM, ET Iuratos Ciuitatis Salem.





PANORMI,

Apud Erasmum de Simeone. M. DC. XVIII.

Superiorum Permissu.

AD FIDELES CIVITATIS SALEM CAPITANEVM, ET IVRATOS.

F. Ioa: Carrera Drepanita Augustinianus, S.P.D.

PERBREVIS de gratiarum actionibus oratio, deque refamulādis beneficijs tractatus angustus, quibus conueniret, diu ignarus, consultò denique Fidelissimæ Ciuitati consecraui, & eiusdem Capitaneo, Fidelibusque Iuratis dicaui, & dicatum volui: cum enim fundamentum gratiæ fides appareat, partus fidei ad fidelem Ciuitatem spectabat, quod libentissime peregi, cum per eam, Cœnobium Agustinense continuò incrementa susceperit, tum etiam quia beneficiorum quotidie cumulus augeatur. Non me latet quamplurimos de gratijs agendis scripsisse, nihilominus ad scribendum denuo, & in lucem edere non dubitaui, nè vitam similem mortuis ducerem, atque nè (vt lupus rusticum) sic me raucum fecisse inuidia videretur. Aiunt enim non decere homunciones (qui à diuinijs longè absunt) alia noua velle videre: cum tot, & tanta in vinea Domini viri maximi ediderint, vt nihil præterisse videantur. Qui tanta scripserunt, quanta fermè nemò potuit videre saltem, nè accuratè quidem perlegere.

Hi sunt, qui sæpe illud Salomonis inculcant, nihil nouum sub Sole, & illud Poetæ, nihil dictum, quod non sit dictum prius; quoniam

niam coslatet, vt ex eadem massa Phidyas cudebat imaginem, aliam Praxiteles, aliam Lysippus, aliam Policletus. Veruntamen nihil tam cultum, & adeo cumulatum, cui non aliquid addi queat. Et licet puerile ingenium ad tanta mysteria adeunda caligine quadam, ac obnubilatione confundatur; tamen spes in Diuina largitate habita (quæ suis vnquam mentibus defuit) me ita erigit, vt de gratiarum actionibus aliqua scribere Fidelissimæ Ciuitati non formidam. Decet compendiosam orationem Salmitanæ Vrbi consecrare, cuius Patronus fidelissimus extitit Diuus Nicolaus puerorum decus, iuuenum norma, viduarum defensio, virginum aduocatus, pauperum custos, & Christianæ fidei acerrimus propugnator. Decuit quoq; & per ea quæ facta sunt, & per ea quæ fient à fidelibus Ciuibus Religioni Eremitanæ. Quæ cum ita sint, non sine grauissimis causis huiusmodi orationẽ Vobis fidelissimis Iuratis dedicare me voluisse, nemo non videt. Atque vt illam pro vestra, quæ est in omnes Humanitate, & Clementia, læta fronte dignentur suscipere. quod si impetrauero, & impetratam videro, villescant mihi Cresi opes, Crassi diuitis, Midæ aurum, & mundi honores; quia hæc omnia addiciuntur, si veritati adhæremus, & fidem inuiolatam seruamus. Interim valete. Datum Panhormi sexto Kalendas Maij M. DC. XVIII.

Frater Ioannes Carrera Drepanita in Christo seruus.

CVM


VM & contra voluntatem meam, & præter multorum opinionem, Patres conscripti, Ciues nobilissimi, vosque cæteri Auditores præstantissimi; cum igitur & contra voluntatem meam, & præter multorum opinionē accidisset, vt mihi cum prouinciam suscipere necesse esset, de rebus agere serijs, in multis, & varijs molestijs, cogitationibusq; meis, hæc vna consolatio occurrit, quod qui facinus egregium aggrediuntur, ijs, etiam si non succedat, laus tamē aliqua debetur. Corda pauor pulsans, laudumq; arrecta Cupido, vim adhibuit, vt in præsentia tantorum virorū sermonem contexerem: sed vè mihi quia præceptum domini est, In medio magnatorum non præsumas, & vbi senes sunt non multum loquaris. Sed quid? Odi profanum vulgus, etsi pueri antiquitus in vtraq; Religione, publica ad negotia diuina, & secularia non admittebantur, nihilominus inter phalanges Israeliticas resonabat, surgant pueri, & ludāt coram nobis, & Romani consulto quemdam puerulū in Senatorum numero conscripserè, quia ex ore infantium Dominus perfecit laudē, & abscondita tenebrarum reuelauit. Ergo humanissimi Dñi si puer, quasi purus dicitur, & sermo purus apparebit, & sine fuco verborū vestietur quia puer sum nesciēs loqui. Interim dum (de beneficij accepti memoria, & gratiarū actione extet præsens monumentū) ore fauete oēs accipite hæc animis, lætasq; aduertite mentes. nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.


Ngratus, vt ab his exordiar, Auditores præstantissimi, est nomen merito odiosum, absonum, perse, atq; infestum cum gratiam rebus, & iucūditatem

omnem

omnem eximere videatur, nihilque relinquat nobis, quod iure censeamus appetendum; etenim appetũtur non quæ ingrata sunt, & infesta; sed quæ grata, quæue iucunda sunt: quę vt consequamur omnem operam adhibemus. Ingrata vero, ideſt nõ grata fugimus, & deteſtamur. Nomen igitur ingrati gratitudinem negat, quæ eſt ſpes iuſtitiæ, cũ & gratitudo virtus ſit, quæ benefactoribus gratiam recompenſat, & ingratitudo vitium, quo accepti beneficij gratia, vel omninò nulla, vel non ſatis digna refertur. Tres gratias Orpheũ poſuiſſe in hymnis, & Pindarum in odis habemus: quarũ imagines primò Socrates, & mox Speuſippus in ſcholis Platonis depingi fecerũt, Agleã ſcilicet Taliam, & Euphroſinã, quaſi Iouis filias ex Eunomia eſſe, in cœlo iuxta Apollinis thronũ degerem, patremq; totius Olimpi Iouem ſcilicet perpetim collaudare.

Igitur pro agendis gratijs, de gratijs ordiamur thelã, quia & nomen noſtrum & perfecti, gratia interpręt atur. Primò ergo ſubdũt poetæ illas in Accidalio fonte ſe lauare, quia ſine fuco eſſe debẽt gratiæ, quapropter Verbum Dei caro factum, formam ſerui accipiens, cœterno Deo gratias retulit magis affectu, quàm verborum delectu dicens, Pater gratias ago tibi, quia audiſti me; hinc Paulus regulam Domini ſecutus, in omnibus Epiſtolis præmittebat, Gratia vobis, & pax à Deo, &c. ſed quid de Auguſtino Religionũ Monarca? Ipſe enim poſt Chriſtum paſſum, prior cõmuni vocabulo in militanti Eccleſia vſus eſt, Deo gratias. Nunc verò pro beneficijs, & gratiarum actionibus, non occurrit vobis Demoſtenes, vel Tullius verborum ſplendore, nec Saulus altiſſima doctrina, vel Auguſtinus eleganti ſtilo; ſed paruulus puer, immo inge-

nio,

gio, ætate, & ſapientia puerulus, qua de re puerorum more
ſimpliciter laudet, nec ipſemet animi pendeã ſi apud vos ex-
tat memoria veritatis in Mattheum, Sinite paruulos venire
ad me,quia pueri gratiarũ actionem etiam pro minimo ſæpe
referunt. O Dij boni? Tres eſſe voluerũt huiuſmodi gratias,
vt primam dantem, alteram accipientem, reddentem tertiã
denotarent. Amabò audite, occurrit hic vulgare illud, datur
mouens non motum, datur motum,& mouens,daturq; mo-
tũ nõ mouens:in illa enim diuina Triade (Profeſſores Theo-
logi) in illa dico Triade sẽpiternus Pater omnia dedit in ma-
nu Filij, Filius accepit,& gratias retulit;aduertatis quæſo gra-
tiarum diſtinctionem apud Lucam. Date, & dabitur vobis,
menſuram bonam, & confertam, & coagitatã, & ſuperflu-
entem dabunt in ſinu veſtro;ecce refamulatio, immo ſororũ
viciſſitudo circulum amoris à bono in bonum continuò re-
uoluentiũ: etſi M. Tullius omnes honores ſuo ordine in Re-
pub.obtinuit,liberauit ipſe quoq; & eam ab incendio, & Ci-
uitatẽ à cede coniuratorũ, Catilina duce, quapropter primus
in toga triumphauit, primusq; parens Patriæ appellatus eſt,
erectis eius gloriæ perpetuis monumentis. Potiora beneficia
contulit Deus Dauidi, addiciens, etſi parua ſunt hæc, dabo
multò maiora, vnde pſaltes cupiẽs refamulari canebat intra
se, Quid retribuã Domino,pro omnibus,quæ retribuit mihi,
&c. Satis conſtat beneficium Religionis noſtræ corã te con-
tulentis de Reipublicæ ſtatu, deq; eiuſdẽ actionibus,& ſimul
clareſcit Salmitana benignitas innumeris referta gratijs,dum
tantos Patres gratiosè(quaſi vera Ieruſalem) fouet in ſinu,&
in viſceribus colligit, ſed me miſerum,quia ſi Mercurius elo-
quentiæ princeps, vt fabulãtur poetæ, gratias ducit quò vult,
quid

quid ego tantillus homuncio ratione destitutus, mendicus eloquentia cum gratijs referendis cõtendam?hoc videar mihi esse consecutus quando reminiscamini illius Psalmi centesimi vndecimi. Laudate pueri Dominum. Vnã auersam incedere, alias verò duas, nos recipere dicunt, quia profecta à nobis gratia duplex reuerti solet; quandoquidem illam duabus manibus aureum porrigere pomum ferunt, & illas recta facie beneficam conspicientes munera reddere dupplicata, dicente Marone primo Eneidos, Nec mecum offero: nec te certasse priorẽ pęniteat.Verum enimuero quæri solet à multis an recipiens beneficium tenetur plus exibere,quàm accepit, quibus Philosophus satisfaciens respondet quinto Eticorum, quod refamulari oportet ei qui gratiam fecit,& rursum ipsum recipere, vnde & Angelicus Doctor secunda secundę quæstione centesima sexta, articulo vltimo, confitetur quod recompensatio gratiæ respicit beneficium secundum voluntatem benefacientis, in quo quidem præcipue hoc est commendabile, quod gratis beneficium contulit, ad quod nõ tenebatur, quare qui beneficium accepit obligatur ex debito honestatis, vt similiter aliquid impendat. Non autẽ videtur aliquid gratis impendere, nisi excedat quantitatem accepti: quia quandiù recompensat minus, vel æquale, non videtur facere gratis, sed reddere quod accipit. Itaque propono vobis quasi speculum in enigmate, Marcium Coriolanum,patriam oppugnare conantem; admotoque portis Vrbis ingẽti Volscorum exercitu, funus, ac tenebras Romano Imperio minitantem: ex quo Vetruria mater, & Volumina vxor, nefarium opus exequi, precibus suis passæ non sunt,quapropter Senatus in honorem tanti viri Matronarum ordinem beni-

benignissimis decretis adornauit,& quid de Israelitis dicam, qui ad Dominum respicientes pro munere accepto canebãt; Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus,dedimus tibi, quia peregrini sumus coram te, & aduenę; quapropter D. Pater Augustinus ad Marcellinum dicebat; Quid melius vel animo geremus, vel ore proferemus, vel calamo scribemus, quàm Deo gratias? hoc enim dicere nihil breuius, nec audiri lætius, nec intelligi gratius,nec agi fructuosius quicquam potest. Sed egomet Auditores ancipiti cura distrahor, veluti Hercules in biuiùm cũ enim Apollo vbique gratias deducat, vnde qua via, quouis modo ad vos easdẽ reducere nescio:vna sola est consolatio, quod pueri excusantur si nõ dignè (vt par est) gratias nõ reddant; pueri enim Ebreorũ Domino canebant, Osanna filio Dauid, benedictus, qui venit in nomine Domini, &c. Amplius dicuntur gratiæ manus habere cõsertas, & complicatas:quia beneficiorum vincula gratiæ referẽdæ finem habere non debẽt, sed eo redire vnde gratia profecta est, cum debitũ gratitudinis ex charitate deriuetur: Ideo quanto plus soluitur,tanto magis debetur, adeoquod obligatio gratitudinis interminabilis existat, & non abre tesserã ferebat vna, altera Myrtum,tertia vero rosam; hæc enim florũ Regina colore,virtute perpetuò manet, Myrtus viridis ęternitatis simbolum antiquitus dicebatur, Tessera verò cõtinuata alternatio: hinc factũ est, Patres optimi, vt Iudas ille Machabeus diceret comilitonibus suis, Magnificè gratias agamus Deo, &c. iure quidem optimo,cum de ratione magnifici sit continuò magna facere, & non deficere; quare Paulus ad Thesalonicẽses scripsit;Gratias agamus Deo sine intermissione: Ergo meritò refamulari est necesse ,quia qui beneficia

inuenit compedes inuenit. De anteactis, Salmitanæ Vrbis beneficijs Cœnobio collatis Eremitano, Iulianus ille à Salē, olim Religionis nostræ Generalis Amplissimus (Cuius memoria in benedictione est) sine termino Deo suo, pro vobis rogat, obsecrat, impetratur, & gratis agit: de nouissimis autem muneribus, hac nostra tēpestate, vtiq; permanebit refamulatio in cordibus nostris, vnde Patres Reuerēdi rapiamus occasionē de die, dumq; virent genua, quoniam Salem, qui in propria & radice originaria Deū notat, cōfortauit seras portarum nostrarū, & adipe frumenti satiauit nos. Gratię puellę sunt, quia gratia debet esse recens quoad affectū: Vis reddere benfieciū, accipe benignè; quoniā debet quantum ad donum expectari tēpus, quo recōpensatio sit opportuna benefactori. Itaq; Darius cum esset priuatus, nec regiā dignitatē adeptus, quadā veste a Sylophone Samio donatus est; hinc Darius expectandā ratus opportunitatē nihil ei dedit, vel in principio retribuit, cœterum vbi primā Regnum adeptus esset, Vrbē, & insulā Sylophonti parerè iussā eius vsui, imperioq; subiecit. Expectauit itaq; Darius meliorē reddendæ, cumulandæq; gratiæ occasionem. Recens gratia Religionis nostrę ad Vrbē hanc, sed antiqua charitas, puellas amor Salmitarū, sed vetus animus gratificandi; quapropter rogo vos, Ciues pacifici, vt Ouid. 2. Amorum eleg. sextadecima obliuiscamini carminis, Verba puellarum folijs leuiora caducis; quia Reges, & Reginę turba puerorū, & puellarū caterua vbiq; circundantur, cū per eos ad benefactores vicē reddant; qua de re puellus Thobias ad senem Tobiā patrem dicebat; Peto te pater mi, vt roges Raphaelem, si fortè dignabitur medietatē de omnibus, quæ allata sunt, sibi assumere; quoniam me duxit, reduxit,

pecu-

pecuniam recepit, diabolũ fugauit,piſcem fregit, teq; illuminauit, quibus cupiens refamulari ſenex quoq; ad iuuenẽ dicebat, quid illi ad hæc poterimus dignũ dare?conſulto igitur maiores noſtri,pro beneficijs mutuis apud vos receptis,& recipiendis, me puerũ deſtinarunt, vt recens gratia ſit ab ore meo prolata, & per æuum in mente deſcripta . Gratiæ quoq; dicuntur Virgines, & incoruptæ, quia non coruptè, ſed integrè, nõ turpiter, ſed honeſtè gratia refetenda eſt; ſicut enim qui beneficium dedit integrè dedit, & honeſtè,ita qui referre vult gratiam . vt ille, cui refertur, ſentiat quàm concupiſcat gratificari gratus, qui beneficium accepit: vt & lætus ſit, qui contulit ſe prudenter egiſſe, quod in homine tam grato ſuũ collocauerit beneficium. Vt autem integrè beneficiũ referamus,oportet vt ſoluta gratia,nos ei debere fateamur, quia dignos nos ſuo beneficio iudicauit; prior .n. ad amicitiã venit, vt meritò redametur,qui cœperit amare.Quocirca Admodũ R. Pater Magiſter Ioa. Baptiſta Panormitanus Regni noſtri prudentiſſimus abſolutus Prouincialis, dum Prouinciã,mirificè ſibi in gregem delatam agnoſceret, ad Vrbem hãc alloquebatur ſumma cũ maieſtate in Congregatione præterita dicens;Etſi libenter petere à te ſoleo,ſiquid opuseſt meorum cuipiã:tamen multò libentius gratias tibi ago cum feciſti aliquid cõmendatione mea, quod ſẽper facis, incredibile eſt .n. quas mihi gratias agant oẽs,etiã mediocriter à me tibi comẽdati,quę mihi omnia grata,ſed de Capitulo gratiſſimum,qua propter vt incorruptas gratias tibi præparet, ſacrificia multa peregit; Euchariſtia enim bona gratia vocatur, & Charitatis Sacramentum; & vt Virgines etiam redderet viciſſitudines, gratiarum Reginam de Succurſo Mariam rogauit, vt de ple-

nitudine eius rerum omniũ retribuat. Additur & gratias risu sese conspicere, quia non duriter, atq; asperè, non vi, sed spõte gratia referenda est: vt qui beneficiũ cõtulit, sentiat quàm libenter, quàm iucundè gratia referatur. læto vultu, gratoque animo sicuti dandum, ita, & accipiendum erit beneficiũ; qui enim contemptim accepit, iam ingratus est, si sibi beniuolè præstitum est. Ille verò qui hilarem accipit, & libẽter, iam persoluit maximã beneficij partẽ, quæ in animo est; quoniam reddit pro beneuolentia beneuolentiã, licet nondũ munus pro munere retulerit. deest interdum referẽdi copia, interdum occasio, & quamdiu ista desunt, qui accepit beneficium tanquã relaturus, iam retulisse videtur: quia satis est voluisse, quoties posse non occurrat. sed musitant quidam dicentes, cur ad beneficium reddendũ iustitia nõ astringimur? quia moralis seneca tertio de beneficijs c. 7. testatũ reliquit, quod pars optima beneficij periret, cum enim res honestissima sit referre gratiam, desinit esse honesta si necessaria est, namque non magis laudabit quisquã gratum hominẽ, quàm eum, qui depositum reddit, aut quod debebat extra iudicem soluit. Ista duas res, quibus in vita humana nihil pulchrius est, corrumpimus gratum scil.cet hominẽ, & beneficium. Quid autẽ in hoc magnificum si beneficium non est, sed accõmodatum, aut in illo qui reddidit, non quia vult, sed quia necesse est: Sarra Abrami vxor, vt sacris vtar, pro cõceptu filij, nõne risit post ostium, & gratias agẽs dixit, Risum mihi fecit Dominus? nulli dubium. N. quod risum reputaui errorẽ, & quãuis puer, in operib⁹ suis risu plenis, ridiculus appareat, nihilominus pro munere satisfacit, cum interno externis ostendat; quarè Patres nostri, qui viri sunt, pro risu cantu, concentuq;

suaui

suaui non ad mulcendas aures, vel pectora mitienda, verum ad referendas gratias vsi sunt. Ecce.H. gratiarũ geographia, & hominum celebrata pictura quasi in tabula descripta, qua intellectus noster ethera penetrans, ad authorem gratiæ lætus cantat genuflexus; Omne datum optimũ, & omne donũ perfectũ de sursum est, descendens à patre luminũ; sed ò dulcissime Iesu Christe, & quis habet quicquã nõ tuum? Reddis debita, nulli debẽs: donãs debita, nihil perdẽs. Hyero Syracusarũ Rex, audita clade, qua Romani, apud Trasimenũ lacũ, erãt afflicti, trecẽta millia modiũ tritici, & ducẽta millia hordei, auriq; ducẽta, & quatraginta põdo Vrbi nostræ muneri misit, liberalitatis maximè presagiũ: verũ quid paleis ad triticum? quæ .n. participatio iustitię cum iniquitate? aut quę societas lucis ad tenebras? quę autẽ cõuentio Christi ad Belial? aut deniq; quę pars fidelis cum infideli? nõne Melchisedech Rex Salẽ Abramo triũphatori panẽ, & vinũ obtulit, vt tãta gratia refocillaret se, & famelicos milites, quapropter Abrãmos refamulari cupiẽs sũmo Sacerdoti, decimas dedit de omnibus, id est ex tota præda, quã hostibus ademerat, fortassis ẽt ex receptis bonis Pẽtapolitanorum ijs cõsentientibus. Meritò quidẽ illi, qui pro eo sacrificiũ obtulerat, & qui ei benedixerat, dedit nõ simpliciter munera, vel dona, sed vnum de decẽ, vt ait Caldeus. Cęterum Salmitarum Ciuiũ liberalitatis cęlestem spiritum nullæ literæ satis dignis laudibus prosequẽtur; quo circa per dierũ spaciũ Vrbs Salẽ ministrauit cętui, Agustiniano, & quã plurimis muneribus quẽquam nostrã cumulauit: quasi .n. vnanimes cuncti. Senes, & Iuuenes, Diuites, & Pauperes, Religiosi, & Sãctimoniales, Societates, & Cõgregationes, & Populus, & Senatus, Clerici, & Sacerdotes. pro voto

 eorum

eorum soluerũt decimas, dona, munéra, & omne, quod fuit necesse. Deo ergo gratias, qui dignatus est pascere gregem suum etiam in montibus, & Gierusalem. Diffugere niues: redeunt iam gramina campis, arboribusq; come. Mutat terra vices, & decrescentia ripes, fulmina prætereunt. Gratia cũ ninphis, geminisq; sororibus audet ducere nuda choros. Patres ergo, & Magistri optimi iam hora, & nũc est, vt persoluetis gratias, & par pro pari referatis, quia homini, & virtuté liberalitatis aufert ingratitudo, namq; cũ duplex sit genus liberalitatis, vnũ in cóferendis, præstandisq; beneficijs, alterũ in referendis vtráq; è vita hominum ingratitudo extinguit. Quis enim sublata omni spe præmij, quod ab ingratis nó est sperandum, beneficientiæ, & liberalitati locum esse putabit? & licèt à liberali merces non sit repetéda, nó tamen eius spes est abicenda, aut desperanda. Omnes enim mortales ferè spe quadã alimur, qua sublata nemo est, qui beneficia putet esse præstanda: Maximilicenses, qua parte prẹmia erga gratos posuerunt, ea supplicia aduersus ingratos sanxerũt. Legimus quasdam nationes, vbi siqui ingratitudinis criminis conuincti essent palo medio guture traiecto necabantur, dignũ sanè tam nefario scelere supplicium: Pithagoras se ad inferos profectum esse dicebat, vidisseq; ibi Homerum atris serpétibus circumplicitum, Hesiodum quoq; columna quadam alligatũ durissima dare supplicia. Iam igitur ex his apparet quãtas odij faces habeat hoc scelus nefariũ: quo nimbo, qua procella verborum ingratum caput obrui meretur? cum nullũ scelus, nullum flagitium, nulla turpitudo, nulla immanitas, nulla crudelitas, nil deniq; horrendum, quod non ab hoc nefandissimo crimine exoriatur, quod non ab ingratorũ perfi-

dia,

dia, tanquam ab omnium malorum fonte manare, ac latius profluere videatur, serpit .n. hoc malum, & nescio quo pacto per omnes vitæ actiones irrepit, omnia fœdans, omnia contaminans, omnia cruētans, quocunq; dilabitur. Scio Domine quod I. N. R. I. ingratitudo nostra Redemptorem interfecit. O dulcissimè Iesu Christe confiteor tibi beneficia tua magna, quoniam eripuisti me de Inferno inferiori, semel, et secundo, & tertio, & centies, & millies, & ego sēper ad infernum tendebam, & tu me semper reducebas, & iustè millies damnasses me, si voluisses, noluisti quia amas animas, & dissimulas pecata hominū. Tuum igitur sit totū id quod viuo: & totus totum me tibi offero, totus spiritus, totum cor, totū corpus, tota vita mea viuat tibi, vita mea dulcis, quoniā totū me liberasti, vt totum me possideres: totum me refecisti, vt totum me rehaberes. Satis clarescit .H. ælemētorum Crucis I. N. R. I. querimonia. Ingrate nō respicis Iesum? O immanissimum scelus, ò pestiferam, & perniciosam herbā ex agro huius vitæ radicitus euellendā, ò tabificum venenum societatis humanæ. Pereat ergo tantum scelus, extinguatur tātus ignis, & penitus infra homines nō reperiatur. Putabant antiquitus nobilitatem non posse cum ingratitudine subsistere, cōsultò quidē, quia ingrati spes tāquam glacies hybernalis tabescet, & disperiet tanquam aqua superuacua; quod autem Augustinensis Religio (pace omnium sit dictum) nobilitate alias superexcedat, tum virtutum splendore, Monasteriorum multitudine, Prouinciarum numerositate, Sanctum copia, cum etiam temporis antiquitate, patet à Mare ad Mare, ab Oriente ad Occidētem, & vbique locorum, quos lumine suo ferit Sol; cum qua nobilitate gratitudinem seruauit, ita vt nos

dica-

dicamur filij Magni Patris Aurelij, Augustini, quia semper augusta Religio, & aureliana est appellata, propterea quod & muneribus, & seruitute inseruiuit Ecclesiæ sãctæ Dei; hinc meritò sedere numero sexaginta, & plures fortassis Religiones ad vmbram tanti Patris gratissimi Augustini, quia similis simili gaudet, & omne simile diligit sibi simile. Vos ergo Ciues prudentisimi nobiles, & nos non ignobiles, vos grati, nos nõ ingrati; vos humani, nos nõ inhumani; vos collegistis, & nos collegimus; vos cibo refecistis, nos verbo salutis refecimus; vos hospitio suscepistis, & nos quoq; suscepimus, vos honorastis, & nos honestauimus, vos deniq; gratias agitis, & nos gratias agimus, in hoc solum superiores sumus, quod omnes nos ad propria rura reuertentes, & ad menia nostra deuoluentes, cantabimus Salmitarum magnificentiã, & opera eorũ magnificabimus. Itaq; veluti tres sorores amplectamur ad inuicẽ gratitudinẽ perpetuò protestantes, & Deo optimo maximo gratias agamus, immo imitemur Moisem, qui vt populus verum Deum adoraret, spreto fusili opere, vitulum cõtriuit, conteramus & nos hoc ingratitudinis mõstrum, si fortassis adhuc restat, & charitatem adoramus, qua maior nõ est virtus: etsi Infideles, & Gẽtiles, vt Crucis adoratio de Caluario monte tolleretur, Venerem collocarunt, nos, vt ingratitudinis scelus perdamus, ponamus ibi gratitdinem; si etiã, vt tolleretur Licastæ memoria in Ericino mõte, ad radices eiusdem fideles, & inuicti Drepanitæ B. Virginis erexerè sacellũ; nos quoq; cõtra ingratitudinem quàm facillime gratitudini Templum erigamus. cuius fundamenta sint, pietas, gratia, liberalitas, & magnificentia; parietes, Abramus, Iacob, Lot, & Iob, sint collumnæ marmoreæ mulieres fortes, Tecuictis,

ludit,

Iudit, Abigail, & Efter, fuper luminaria Templi Arca Noe, altera Federis, Salomonis Templum, & Ierufalē; fint picturę prudentiffimæ fœminæ, quarum altera dragmam quærit, alia portans lilia conuallium, reliqua fpicos colligens poft meten tium terga, nouiffima parturiens coram dracone, Samfon madibula iumēti arida diffipans inimicos, fint paradoxa ingratus, & gratus populus fidelis, & infidelis Ciuitas, Salē maior, & minor orbe, ciues deniq; nobiles, & ignobiles, fint enigmata tria elementa vocalia *V. V. V.* quibus inducitur quod veritas vulnere virefcit, quinque E.E.E.E.E. Ego enim eadem exiftens æternitati, quinque M.M.M.M.M. menfura, motus, me minimè metitur, fint tres T.T.T. tres F. F. F. & tres D.D.D. Totum terit tempus, Fortitudinem, fędera, famam, Diuitias decorem dominatum, fint Orientales gemmæ, Adamans, Agata, Ametiftus, Allectorius, Agiriftes, Alabādina, Berillus, Calculus, Carbunculus, Crifopatius, Crifolitus, Calcedonius, Iaspis, Iacintus, Topatium, & Diacletes. Vnde fidelis anima Templum hoc ingreffa canit. Benedic anima mea Dominum, & omnia quæ intra me funt, & noli obliuifci omnes retributiones eius, quia, qui obliuifcitur beneficijs affectus, hic nunquam erit generofus vir. En Patres Reuerendi conftituto templo, quid fupereft, nifi gratitudini facrificemus, vt eò magis repellatur ingratitudo: hæc victima pręcipiebatur à Domino dicēte; fi imolaueris hoftiā pro gratiarum actione Domino, vt poffit effe placabilis, eodē die comedetis eam, nō remanebit quicquam in mane alterius diei. Sed cur noluit conferuationē in die altero ? vt sēper noua fieret victima, & recōpenfatio: Vt ergo finem imponamus orationi, mementote illud Efdræ lib. 2. caput duodecimū, figura

huius

huius Capituli nostri, gratiarumq; actionis: cõgregati enim sunt filij cunctorũ circa Ierusalẽ vt facerent dedicationem, & lætitiã in actione gratiarum, & cãtico, & in cimbalis, & psalterijs, & citharis, & resonabat sonus in ore eorum Gratias Deo, qui facit misericordiã nobiscũ. O inclita Vrbs Patres Agustinenses in Salẽ congregati cũ musicis, litteris, concionibus, orationibus, disputationibus, & Præfectorũ electionibus, victima est animus cunctorũ tibi sacratus, cuius mysterij, licet nõ Sacerdos sui, minister, qui corda omniũ, breui cõpendio, manifestaui, cãtate ergo omnes Deo gratias; Ego vero interim excitabo vires meas, & ad cœlum clamabo.

IAM de somno, in quo tamdiù misera torpuisti anima mea euigila.		Vigila.
De peccato ingratitudinis cor meum exurge.		Surge.
Surge, & gratitudinem visceribus inuoca.		Voca.
O, iam tempus est anima surge.		Vrge.
Vrge, & Deum tuum implora.		ora.
Ora, & suaui voce clamans.		Amans.
Ama vt te clementer expurgat.		Purgat.
Purga Domine, & spiritum tuum emitte.		Mitte.
Mitte quem missus es, & gratiã diuinã infundat.		Fundat.
Fundat nobiscum consortem.		Sortem.
In manibus tuis sortes meæ.		Eæ.
Eæ ad Empireum nos conducant.		Ducant.
Permisisti?	Missisti.	Isti.
Consolamen.	Solamen.	Amen.
Deo gratias.		Gratias.
	Dicebam.	

FINIS.

MAGNO PATRI

AVGVSTINO

Encomiaſticon.

ALME Pater, Lux Doctorum, fideiq; columna,
Submiſſis animis hodie tua numina nobis
Auxilium, ſtudijq; bono, noſtrumq; vocamus.
Te FIRMAMENTVM. ſupplex Eccleſia dicit
Vaſq; ſcientificum, & magnum ſine numine Numen:
AVGVSTINE piorum conſolator, Euander
Alter, qui fabricam numeroſæ prolis in Orbe
Ordine tam vario ſtatuiſti; ſaxq; decoris,
Forma venuſtatis; fons morum, balſama fama,
Malleus hæreſeon: Met hodus rectiſsima vitæ,
Iuſtitiæ gladius; ſtudiorum laurea, pratum
Florum diuerſo viridans in odore colore.
Omnes Muſarum penetraſti ritè meatus,
Et nihil occultum quod te latuiſſe putemus.
Ecce Neoptolomei veſtri, veſtigia docta
Pro modulo viuendo legunt (licet eminus) vnde
Lumen vt ingenij veſtro ſub nomine creſcat,
Intercede, DEVMQ; roga, ſupplexq; præcare.
Amen.


BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE